58

90

S. P. Reverende Vir frater in Christo dilecte.

Pervenit ad aures nostras, delatos esse ad Magistratum errores varios, ~~haec~~ et quidem haereticos, horrendos, quibus ecclesia et schola nostra partim infecta jam sit, partim inficiatur. Non possumus satis mirari 1. talia te de nobis opinari, imò judicare, et credere prorsus.

2. Et quidem antequam declarationem nostram petieris, audieris, et super eâ, si non satisfecisset, fraternè contuleris, et si sine collatio quidem suspicionem potuisset eximere, judicium ad arbitros, sive Collegas nostros, sive aliarum Ecclesiarum viros pios ac doctos, nobiscum detuleris. 3. Praesertim cum ad collationem fraternam à nobis ultrò fueris invitatus, imò à Collegio Ministrorum tibi impositum, si quid contra nos haberes, proponeres, nobis in Collegij judicium et cognitionem ultrò consentientibus. 4. Tu tamen non tantum talia apud te credis et judicas de nobis, sed etiam praeteritis ac spretis fratribus, spreto Collegio, nos ad Magistratum, quasi convictos jam brachio seculari tradituros, defers, ad recantandos errores adigi et cogi postulas. Tolerassemus haec diutius coeptâ patientiâ, et expectassemus tacitè, quò tandem res evasura esset, nisi instantis diei precum ac poenitentiae solennitas ac religio aliud nobis persuasisset, quem à te justâ ac nobis puro ac defaecato, quantum fieri potest, animo, celebrari vellemus. Oramus te, ut in timore Dei perpendas, quot et quam gravia in hac

1638. apr. 23.

se peccata intercedant, ex ipso agendi modo
etiamsi, quod nunquam in omnem æternitat
ostendes, vera essent quæ suspicaris: præse
si consideres (non possum, ego Bergius, quin
hoc addam) quid reverentia erga Senior
eundemque Præceptorem tuum veterem, à
exigat. Ubi illud, obedite præposit
juniores subjecti estote Senioribus etc. Ubi
nota totius Veteris Ecclesiæ religio et s
ritas in eos, qui sine urgentissimâ et ne
stissimâ necessitate, contra illos quos p
isset Dominus, sese elevantes, unitatis s
ram molirentur? Quanto magis hæc
se impertinentia, et aliena à te judicas
ne tantò contradictioni (ore proprio
A cujus peccato et judicio, ut et te et n
mnes Dominus servet, ex animo vove
Si tamen et in nobis peccata, vel a
vel magis esse suspicaris, age, non debi
audire, et quatenus vel conscientiam nost
vel pios alios ac prudentes, quorum me
judicia revereamur, testes habueris, et
agnoscere. — Tantùm desine nos, a
alios priùs, quàm apud nos ipsos, pecc
rum, errorum et hæresium reos agere
Si tibi satisfacere haud poterimus, co
tenus lubenter in alios, ad quos judicium
dine legitimo pertinere potest: quorum
tentiam dum expectamus, quæso ne h
camus nos invicem, et judicando, de
de tam gravibus et tam altæ indaginis
minibus, manifestissimam arrogantiæ,
et malitiæ culpam, aut notam saltem

speciem contrahamus. Interim sive tu agnoscis à te peccatum, sive non agnoscis; ex animo tibi, quod ad nos attinet, remissum scito, ita ut studiosè ac seriò, non unde malè, sed unde benè tibi sit, quaesituri simus. Quâ in re nos peccasse existimas, fac similiter: at ita, ut, (quod & nos promittimus) ipsâ existimatione, gravius peccare, sedulò at diligenter caveas. Vale felicissimè, & cum alia, quae communis necessitas flagitat, tum hanc imprimis gratiam nobiscum ora, ut singula singuli peccata, & agnoscere seriò studeamus, & emendare, eo modo, qui sit & Deo gratus, & ecclesiae ac nobis salutaris. d. 23. April. Anno 1650.

Responsum expectamus quo ante cultum publicum de tuo vicissim animo certi esse possimus.

Ludovicus Crocius D mp

Conradus Bergius D mp

Rev. viro,
dn. Henrico Flockenio
pastori ad S. Remberti,
fratri in Xro dilecto.